



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Verbo Dei Libri Tres**

**Helm, Heinrich**

**Coloniae, 1560**

**VD16 H 1736**

Mittitur aliquis à Deo & hominibus coniunctim. Caput. XXIIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30114**

de quibus libro primo. Sic abud ostensum arbitror, quo modo verus praeco verbi Dei a Deo immediatè absq; hominum consensu missus, ab haerero, Apostolo Satang, duce caco, seductore diabolico discerni debet.

Mittitur aliquis a Deo et hominibus coniunctim.

Caput. XXIII.

**A** Secundò, aliquis mittitur a Deo & hominibus simul.  
**Act. 9.** Sic vas electionis ad hoc munus a Deo vocatus fuit. Nilominus ad id officij ab Ecclesiæ columnis, segregatus  
**Act. 13.** eū Barnaba est, & destinatus. Illa missio, fit modis multis. Nam mittens aliquem, ad oves Christi pabulo verbi Deipascendas, ad excolendā vineam quam transtulit de Aegypto, Christus facit hoc legitima auctoritate & secundum Dei voluntatē: Ut sunt veri & Catholicæ episcopi, & alij potestate prediti, quibus munus hoc est delegatū. Ab istis missis, si sanus est in fide & viam Dei docet in veritate, opere & sermone, verus est minister & idoneus verbi Dei, quod  
**Matt. 22.** est spiritus & vita: Et ex eius dispensatione fidelis, multiplices gratia Dei, auditores crescunt in salutem, vivunt dignè Deo & eius euangelio, fructificant in omni opere bono:  
**Ioan. 6.**  
**1. Pet. 4.**  
**Col. 4.**  
**2. Cor. 2.** Omibus sunt odor bonus Chri, omibus placent in bono.

Misi ad prædicandum a subuersis in fide, fermento errorum, haeresum, malitiae & nequitiae corruptis, eos non iustificat. Caput. XXV.

**A** Ut, pastores corrupti sunt fermento Saducæorum, quod est haeresis: & damnabilibus sunt erroribus obtenebrati: Aut abominabiles facti in suis horredis, gravibus, manifestisq; sceleribus quæ faciunt, in quibus scandalizant parvulos, percutiunt conscientias infirmorum, infirmant in fide instabiles, occidunt etiam viuentes in Christo, damnant & se & alios. Hoc est fermentum malitiae & nequitiae